UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 Vtrum purificatio cordis sit effectus fidei.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72772

Visual Library

¶ Super Quæſtionem ſeptimam.

IN quæſtionis ſeptimæ vtroq; articulo nullum occurrit dubiũ: in primo tamen articulo aduerte hinc timoré, quo cæleſtes poteſtates, quãuis beatæ, tremere dicũtur ex viſione diuinæ excellentiæ, & ſui malum æqualitatis abhorrentes. In ſecundo autem ꝙ puritas, de qua eſt ſermo, non eſt niſi puritas culpæ: hæc.n. fidei attribuitur.

QVAESTIO VII.

De effectibus fidei, in duos articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandũ eſt de effectibus fidei. ET CIRCA hoc q̃runtur duo.

¶ Primò, Vtrum timor ſit effectus fidei.

¶ Secundò, Vtrum purificatio cordis ſit effectus fidei.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum timor ſit effectus fidei.

AD PRIMVM ſic procedit̃. Vr̃, ꝙ timor nõ ſit effectus fidei. Effectus.n. nõ præcedit cãm: ſed timor præcedit fidem. dicitur.n. Eccl.2. Qui timetis Deum, credite illi: ergo timor non eſt effectus fidei.

¶ 2 Præt. Idem non eſt cauſa contrariorum: ſed timor, & ſpes ſunt contraria, vt ſupra * dictum eſt: fides aũt generat ſpem, vt dicitur in * Glo. Matt.1. ergo non eſt cauſa timoris.

¶ 3 Pręt. Contrarium non eſt cauſa contrarij: ſed obiectum fidei eſt quoddam bonum, quod eſt veritas prima: obiectum autem timoris eſt malum, vt ſupra † dictum eſt: actus autem habẽt ſpeciem ex obiecto ſecũdum ſupra ⁎ dicta: ergo fides non
C eſt cauſa timoris.

SED CONTRA eſt, quod dicitur Iacob.2. Dęmones credunt, & contremiſcunt.

RESPON. Dicendum, quòd timor eſt quidã motus appetitiuæ uirtutis, ut ſupra * dictum eſt. Omnium autem appetitiuorum motuum principium eſt bonum, uel malum apprehenſum. Vnde oportet ꝙ timoris, & omnium appetitiuorũ motuũ ſit principiũ aliqua apprehenſio. Per fidẽ autẽ fit in nobis quędã apprehenſio de quibuſdam malis pœnalibus, quæ ſ̃m diuinũ iudiciũ inferuntur: & per hunc modũ fides eſt cauſa timoris, quo qs timet a Deo puniri, qui timor eſt ſeruilis. Eſt ẽt cau
D ſa timoris filialis, quo quis timet ſeparari a Deo, uel quo quis refugit ſe Deo cõparare, reuerẽdo ipſum, inquantũ per fidẽ hanc exiſtimationẽ habemus de Deo, ꝙ ſit quoddã immẽſum, & altiſſimũ bonum, a quo ſeparari eſt peſſimũ, & cui velle æquari, eſt malum: ſed primi timoris, ſ. ſeruilis, eſt cauſa fides informis, ſed ſecundi timoris, ſ. filialis, eſt cauſa fides formata, quæ per charitatẽ facit hominem Deo adhærere, & ei ſubijci.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ timor Dei non põt vniuerſaliter p̃cedere fidẽ: qa ſi oĩno ei⁹ ignorantiã haberem⁹ quantũ ad præmia, uel pęnas, de quibus per fidẽ inſtruimur, nullo modo eũ timere
E mus. Sed ſuppoſita fide de aliquibus articulis fidei, puta, de excellẽtia diuina, ſequit̃ timor reuerẽtiæ, ex quo ſequit̃ vlterius, vt hõ intellectũ ſuum Deo ſubijciat ad credendũ oĩa, quæ ſunt ꝓmiſſa a Deo. vñ ibi ſequitur. Et nõ euacuabitur merces ueſtra.

AD SECVNDVM dicendum, quòd idem ſ̃m contraria poteſt eſſe contrariorum cauſa, non autem idem ſecundum idem: fides aũt generat ſpẽ, ſecundum quod facit nobis æſtimationem de præmijs, quæ Deus retribuit iuſtis. Eſt autem cauca timoris, ſ̃m quod facit nobis æſtimationem de pęnis, quas peccatoribus infligere vult.

A AD TERTIVM dicẽdum, ꝙ obiectũ fidei primum, & formale eſt bonum, quod eſt ueritas prima: ſed materialiter fidei proponuntur etiam credenda quędam mala, puta, quòd malum ſit Deo non ſubijci, uel ab eo ſeparari, & quòd peccatores pęnalia male ſuſtinebunt a Deo: & ſecundum hoc fides poteſt eſſe cauſa timoris.

ARTICVLVS II.

Vtrum purificatio cordis ſit effectus fidei.

AD SECVNDVM ſic procedit̃. Vr̃ ꝙ purificatio cordis nõ ſit effectus fidei. Puritas.n. cordis præcipue in affectu conſiſtit: ſed fides in intellectu ẽ: ergo fides nõ cauſat cordis purificationẽ. *4.di.14 quo. 2.ar 4. ad 3. & ueri.q.28. ar.1.ad 6.*

B ¶ 2 Præt. Illud quod cauſat cordis purificationẽ, nõ põt ſimul eſſe cũ impuritate: ſed fides ſimul poteſt eſſe cũ impuritate peccati, ſicut patet in illis, q habẽt fidẽ informẽ: ergo fides non purificat cor.

¶ 3 Pręt. Si fides aliquo mõ purificat cor humanũ, maxime purificaret hominis intellectũ: ſed intellectũ nõ purificat ab obſcuritate, cũ ſit cognitio ęnigmatica. ergo fides nullo mõ purificat cor.

SED CONTRA eſt, quod dicit Petrus Act.15. Fide purificans corda eorum.

RESPONDEO. Dicendum, quòd impuritas uniuſcuiuſq; rei conſiſtit in hoc, quòd uilioribus immiſcetur. Non.n. dicitur argentum eſſe impurum ex permiſtione auri, per quã melius redditur,
C ſed ex permiſtione plumbi, uel ſtãni. Manifeſtũ eſt autẽ ꝙ rationalis creatura dignior eſt omnibus tẽporalibus, & corporalibus creaturis: & ideo impura redditur ex hoc, quòd tẽporalibus ſe ſubijcit per amorẽ: a qua quidẽ impuritate purificatur per contrariũ motũ, dũ.ſ. tendit in id, qđ eſt ſupra ſe, ſ. in Deum, in quo quidem motu primũ principiũ eſt fides. Accedentem.n. ad Deum oportet credere, ut dicitur Heb.11. & ideo primum principium purificationis cordis eſt fides, qua purificatur impuritas erroris, quæ ſi perficiatur per charitatẽ formatam, perfectam purificationem cauſat.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, quòd ea, q̃ ſunt in in intellectu, ſunt principia eorũ, quę ſunt in affe
D ctu, inquantũ.ſ. bonũ intellectus mouet affectum.

AD II. dicendũ, quòd fides ẽt informis, excludit quandam impuritatem ſibi oppoſitam, ſ. impuritatem erroris, quæ contingit ex hoc, qđ intellectus humanus inordinate inhæret rebus ſe inferioribus, dum.ſ. uult ſecundum rõnes rerum ſẽſibiliũ mereri diuina: ſed quando per charitatẽ formatur, tunc nullã impuritatem ſecum cõpatit̃: qa uniuerſa delicta operit charitas, ut dicit̃ Prouer 10.

AD TERTIVM dicendum, quòd obſcuritas fidei non pertinet ad impuritatem culpæ, ſed magis ad naturalem defectum intellectus humani ſecundum ſtatum præſentis uitæ.

QVAESTIO III.

De dono intellectus, & ſcientię, in octo articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandũ de dono intellectus & ſcientiæ quæ reſpondent uirtuti fidei.

ET CIRCA donum intellectus quæruntur octo.

¶ Primò, Vtrum intellectus ſit donum Spiritusſancti.

¶ Super queſt. octaua articulum primũ.

IN quæſtionis 8. art.1. retine ſenarium numerũ eorum, in quibus, & quæ legere facit donũ intellectus. Hæc ſiquidẽ omnia comprehẽdere vidẽtur, quæ intellectus pro fidei bono penetrare põt. Nam vel in accidentib⁹, vel ver
bis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN